

quit? Aut quid habent aliae Europe regiones, quod non habet quoque Germania? Legunt Germani aurum in Rhe no, Arola & alijs quibusdam fluuijs, habent plurimas ferri, argenti, & aliorum metallorum mineras, habent innumerous fontes, unde salis abundantiam hauriunt, habent plurima, optima & diuersa uina, abundant frumento, ut etiam hisce temporibus experti simus, Italos panem quiesce apud Germanos. Multe passim salubres scaturiunt thermæ, ubi montosa est terra, pecuniae rei opera impenditur, & ubi nemorosa, ibi ingens uis picis colligitur, prasertim in nigra & hercynia sylua. Planicies terræ uestitunt pulcherrimis & foecundissimis uinetis & pomarijs: amnes omnes Germaniam rigantes, qui infiniti sunt, piscoi sunt, sicut & nullus lacus est, qui maximi & pluri mi iuxta alpes inueniuntur, qui non proprium quoddam piscium habeat genus. Quam uero populos sit Germania, quot insignibus decoretur urbibus, ciuitatibus, oppidis, castellis, arcibus, uillis, pagis & monasterijs, dici nequit. Longe hodie abest, quod L. Anneus Seneca in libro de gubernatione mundi in hunc modum scripsit de Germanis: Errant, inquit, incertis sedibus, perpetuas habent hyemes, solum est in foecundum, nullas habent edes, uenationibus uiuunt, ubiunque nox fessos laboribus deprehendit, cubant sub frondibus aut in speluncis foueisue, &c. Liuius putat Germaniam totam nihil nisi horrida syluam esse, ad quam nullus unquam mercator uenit. Idem scribit Tacitus & Cæsar. At si scriptores isti iam cernerent Germaniam, non possent non suffundi magno rubore, uidentes eam tam exculta, ut nulli alteri terre in fertilitate, opibus & gradibus dignitatib[us] cedat. In nulla enim alia licebit inuenire tor principes, duces, latgrauios, marchiones, comites, barones, nobiles, episcopos, abbates, miserosque quosdam monachos, exceptis aliquot ciuitatibus, que imperatorem immediatum agnoscunt dominum, & propterea imperiales uocantur, ex quibus tamen aliquae principib[us] aut episcopis sunt impignorate, & quedam libertate donata.

Credimus Straboni, Tacito & Ptolemaeo, sed quorum nomina amplius non extant, praeter pauca quedam, ut sunt nomina Sueorum, Boiorum, Helvetiorum, Frisiorum, & Longobardorum, quanquam Heluetiorum nomen vulgaribus incognitum sit: & his nostro anno successerunt alia infinita penè uocabula, quibus & populos & terras quas inhabitant exprimimus. Maiores regiones peculiaria habent nominia, ut sunt Heluetia, Alsatia, Vestricha, Eyfalia, Brabantia, Holandia, Suevia, Hassonia, Bauaria, Franconia, Thuringia, Saxonie, Frisia, Pomerania, Austria, Slesia, Misnia, &c. Minores uero plures desinunt in syllabam gew, ut sunt Eregew, Sungew, Brisgew, Hegew, Algew, Vuasgew, Ringew, Kreichgew, Zaber gew, Nortgew, Bintzgew, Lechgew, Kleckgew, Buchsgew, Lintzgew, Meingew, &c. Maiores regiones singulariter olim & quedam adhuc habent duces aut alios principes, ut dux Sueviae, dux Saxonie, dux Geldrie, dux Pomerania, dux Frâconie, dux Bauarie, dux Austriae, dux Lotharingiae, Landgravius Hassoniae, &c. Quidam tamen habent à metropoli aut alio insigni loco denominationem, ut dux Brunsvicensis, dux Vuirtenbergensis, dux Lünenburgensis, dux Cleuensis, Marchio Badensis, Marchio Brandenburgensis. Idem sentiendum de episcopis secularibus. Seculares uoco, qui ditione temporalem administrat, habentes sub se terras & gentes. Itaque totius Germanie ditionis distributa est in infinitos ferè rectores, nēpe duces, latgrauios, marchiones, comites, barones, nobiles, epis copos, abbates, miserosque quosdam monachos, exceptis aliquot ciuitatibus, que imperatorem immediatum agnoscunt dominum, & propterea imperiales uocantur, ex quibus tamen aliquae principib[us] aut episcopis sunt impignorate, & quedam libertate donata.

Sunt autem istae ciuitates imperiales.
Aquisgranum Alen
Antuerpia Augusta Vindelic.
Argen